



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**R. P. Christiani Mayer E Societate Iesv, Diarivm  
Meditationvm, De Præcipvis Vitæ Christi mysteriis**

**Mayer, Christian**

**Coloniæ Agrippinæ, 1635**

4. De primo Apostolicæ vocationis munere pargandi

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60091](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60091)

Quàm iure ergò pijs, quibus ipsa Veritas ait: *Beati estis cum maledixerint vobis homines, gaudete & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cœlo*, in omni tribulatione gaudendum, tum ob spem amplissimæ remunerationis, tum ob affluentiam cœlestis consolationis? E contra quàm meritò illis dolendum & plangendum, quibus cōminatus eadem Veritas: *Va cum benedixerint vobis homines*, tum ob carentiam omnis solatij, tum ob timorem impendentis supplicij? Amor & desiderium multa ardua patiendi, horror & fuga prosperitatum blandientis mundi.

Luc. 6.

*De primo Apostolica vocationis munere, purgandi*

IV.

**E** *Vos estis sal terra.* Expende, primum munus ad statum Apostolicum vocati, immò cuiusque Christiani esse instar salis, quod à corruptione præseruat, purificat, & condit, omnes sibi commissos, imò omnes proximos, pro mensura gratiæ sibi datæ, à putredine peccatorum incorruptos præseruare, corruptos Christo sanandos præsentare, ad contractas maculas operibus pœnitentiæ expiandas,

L 1 7

alij

alijſque pijs obſequijs compenſandas excitare, idque verbo, exemplo, conſilio, auxilio, orationis præſidio. Quod, vt ſolidè fiat, circa ſeipſum prius ab omni putore vitiorum præſeruandum, purgandum, & ſale pœnitentiæ, & bonorum operum condiendum aduigilet neceſſe eſt. Zelus propriæ alienæque puritatis acquirendæ, augendæ, conſeruandæ.

II. Quàm præclarè Chriſtus vtrumque non ſolum docuerit verbo, ſed multò magis exemplo, tanta vitæ innocentia omnes in ſui admirationem trahendo; tanto feruore peccatores ad pœnitentiã inuitando, eorum vulnera ſanando, ad ſeriam emendationem exſtimulando, in ſe demum alienas culpas tam atrociter luendas ſuſcipiendo.

Quanto ergò feruore eius exemplo eximiæ puritati & innocentie vitæ ſtudere debetis, qui quaſi inter bruta animalia petra ſalis debet eſſe in populis, vt, quiſquis illi iungitur, quaſi è ſalis tactu æternæ vitæ ſapore condiatur. Zelus Chriſtum imitandi.

III. Quale in hac vita ſolacium, quale in altera brauium ſit repositum ijs, qui multorum animas à putredine peccato-

catō.

eatorū liberant, vel præseruant: quale in altera supplicium experiantur, qui id præstare negligunt, vel etiam prauis moribus, quos à corruptione præseruare debuerant, corrumpunt, qui foras istic instar salis infatuati in sterquilinum damnationis mittentur, & hic ab omnibus tanquam propudia hominum conculcabuntur: Quanto perè ergò cuique cauendum, ne ijs accenseatur, de quibus D. Gregor. conuenitur: *Nullum puro ab alijs maius præiudicium, quàm à Sacerdotibus tolerat Deus, quando eos, quos ad aliorum correctionem posuit, dare de se exempla prauitatis cernit: quando ipsi peccamus, qui compescere peccata debuimus. Zelus boni exempli, horror scandali.*

D. Greg.  
ho. 17. in  
Luc. 10.

*De secundo vocationis Apostolica munere, illuminandi.*

V.

I. **V**os estis lux mundi. Expende, alterum munus viri Apostolici esse, proximos illuminare, seu ad feruens studium virtutum, quibus animæ illuminantur, & exornantur, extimulare, idque non solum instruendo, adhortando, orando, sed reipsâ virtutum splendore omnibus prælucendo.

do.